



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

139 Confratres eleemosynas colligere non possunt inconsulto Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 138 Sed, † dictæ Clement. VIII. constitutionis ordinem prosequamur, ministri, & officiales dictarum congregationum, & confraternitatum elemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in ecclesiis, & oratoriis dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respective præscribendum, quem observare tenentur, excipiendi habent facultatem, *ut in eodem §. in super ver. quibus etiam ministris, & §. atque hoc.*
- 139 Quòd vero † elemosynarum collectio facienda sit consulto Episcopo, & ab eo licentia impetranda, statuit sac. concil. Tridentin, *ut in cap. 9. de reform. sess. 21.* Neque elemosynas, & oblationes ecclesiis altaribus, & crucibus factas, laicis licet usurpare, sed debentur sacerdotibus, qui pro omnibus orare debent, *cap. quia sacerdotes, & cap. Sanctorum cum seq. 10. quest. 1.*
- 140 Privilegiorum vigore, † qui aggregandi facultate sunt muniti, possunt quidem societates erigere, & aggregare, sed cum tota diocesis sit territorium Episcopi, ex alibi allegatis, in alieno territorio citra Episcopi consensum, nec quidquam statuerent, aut decernere, neque altaria erigere possunt, nec aliquam aliam jurisdictionem exercere, *arg. text. in cap. pervenit, & cap. interdicimus, 16. quest. 1. & quidquid, præter erectionem, aut aggregationem statuunt, vel decernunt, excedit eorum auctoritatem, & jurisdictionem, nisi Episcopi consensus accedat, ac pro*
- pterea nullius reboris est, vel momenti. *Bart in l. non dubium, numer. 20. & 21. C. de leg. b. l. fin ff de jurisdic. om. jud. & Navar. in cons. 25. numer. 2. de sentent. excomm. lib. 5. par. 2. alias cons. 1. num. 2. de for. comp. par. 1.*
- 141 Nam † dicta privilegia sunt contra jus commune, & ad non expressa extendi minime possunt, sed strictè sunt interpretanda, *l. si quando, & ibi Bart. num. 1. C. de inoff. testam. & Cephal. in cons. 96. num. 4. par. 1.*
- 142 Quemadmodum regulares † in erectione, seu aggregatione confraternitatum non possunt ex se statuere modum, ac formam elemosynas colligendi, easque custodiendi, & distribuendi, sed id præstare debent ex ordinarii loci præscripto, ad quem, ut supra dictum fuit, hæc facultas spectat, eodem modo dicti regulares nil possunt circa processiones faciendas, quia id múnus Episcopo loci incumbit, ut puta publicas supplicationes per civitates, oppida, & loca indicere, decernere, & ordinare, ad quas omnes, † etiam exempti, tam clerici seculares, quàm regulares, quicunque etiam monachi tenentur accedere, illisque interesse, qui si recusaverint, per censuras, & pœnas arbitrarias à dictis locorum Ordinariis compelli possunt.
- 143 Iis tantùm † exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt,
- 144 † Ad ipsum etiam loci Ordinarium, spectat cum capituli consensu decernere, atque edicere, quo, & qua processiones dirigantur, quæ ad ecclesias nominatim produci debeant, eadem sacra congregatio concil. Tridentin. *in decis. incip. ad Episcopum in ver. in processionibus publicis dict. cap. 13. sess. 25. de reg.* Laicis enim est etiam interdium